

HET

OUDE GOUTSCHE
CHRONYCXKEN

Van

Hollandt, Zeelandt, Vrieslandt en Utrecht.

Door de Heer

PETRUS SCRIVERIUS,

Op nieuw oversien en verbeterd.

Als mede met een

BYVOEGHSEL

En

TOET-STEEN

Vermeerdert.

Met der Graven Afbeeldinge in 't Kooper verciert.



t'AMSTERDAM,


By Ian Hendricksz Boom, loost Pluymmer, en Casparus Commelijn.

ANNO 1663.

VAN HOLLAND.

19

THEODERICVS, I. Comes Hollandiæ, &c.
Hic quibusdam FRISIVS cognominatur.



Regni, ut & vita, huius Principis annus Auctori nostro incertus. Vulgo numerant an-
nos imperij XL. & obijse eum volunt anno Christi IX^c III, sepultumque Egmonda in
cenobio. Vbi Genam Comitiss uxorem terra traditam Noster dicit; palam professus, igno-
ri ubi locorum sepultus sit ipse Theodericus.

THEODERICVS II. Comes Hollandiæ II.
valde longævus vulgo.



Obijt Anno IX^c LXXXVIII. (Pridie Nonas Maij, addunt alij.) Incertus regni annus
nostro Auctori. Vulgo LXXXV. Conditus Egmonda unâ cum Hillegonda (qua alijs
Hildegardis) conjuge, consentientibus pervulgatis Annalibus. Cum patre presuit annis
CXX. (Alijs CXXV.) O calculatores!

C 3

Dit

VAN HOLLAND.

23

ARNOLDVS, sive ARNVLFVS,
III. Comes Hollandiæ, &c.



*A Frisijs casus in pugna Anno IX^c XCIII, (XIV. Kal. Octobris, addunt alij.)
Conditus Egmonda, relicto harede filio Theoderico IV, Comite, ex Lutgarda Imperatoris
Graci filia. Quæ & marito contumulata postea, (Idibus Maij IX^c XCIV.)*

VAN HOLLAND.

25

THEODERICVS ejus nominis Tertius,
IV. Comes Hollandiæ, &c.

**HIEROSO-
LYMITA.**




*Decessit Anno cdo. xxxix. (imperij anno XLIV. etatis verò * LVIII. Sepultus Eg-
monda, relictis ex Otthilde Saxonica Theoderico IV, & Florentico I, Successoribus. Ot-
thildis ad suos Saxones post mariti excessum reversa, ibidem quarto viduitatis anno se-
pulta (Anno cdo XLIII, VII. Kal. Iul.)*

** Siet de
Toet-steens*

DIE CHRONIKE

THEODERICVS IV, V. Comes Hollandiæ, &c.
* Fladiringæ Marchio.

* Hermannò
Contracto,



*Absque liberis caelebs obiit Anno MD XLVIII, regni anno IX, Dordrecht jaculo he-
stili percussus. Egmonda in majorum conditorium illatus, decessu suo fratri Florentio, eju-
s neminis, solij locum vacrefecit.*

Di


DIE CHRONIKE

FLORENTIVS ejus nominis Primus,
VI. Comes Hollandiæ, &c.



Flomertha propè Heusdam, dum pugna pariter ac via laboribus fatigatus, temerè
sombra arboris meridiatur, ab hostibus casus, Anno 1061, XIV. Kal. Jul. (in
anno XIV.) Tumulatus Egmonde, relietis ex Gertrude Saxonica Theoderico V. Succe
sore, & Mathilda filia Regi Galliarum nupta,

*Dit is Vrouw Geertruyt, Graef Floris Weduwe,
Voochdesse van't Land.*



*Gertruidis (Hermannii Saxonia Ducis filia) post mariti Principis decessum, harum re-
gionum gubernacula per biennium vidua tenuit, impuberis filij Theoderici v. nomine. Post,
de sententia Optimatum, Roberto Flandro denupta; qui Tutorio nomine in Provinciarum
administrationem adsciscitur. Erat haec Domina Gertrudis Lotharij Imperatoris soror.*

Ab anno:
1061, ad an.
1063,

**ROBERTVS FRISIVS, Balduini Pij,
Comitis Flandriæ F. Tutor Hollandiæ.**



*Hic in administrationem Provinciarum admissus ab Optimatibus, eas non quidem
sed privigni sui Theoderici impuberis nomine, octennium tenuit, Gertrude Florentij V,
sua in uxorem legitimis nuptijs ducta. Obijt magnanimus Princeps, confectis plurimis
res fortuna bellis, Anno clv. xci, iv id. Octobris.*

E 2

Dis

VAN HOLLAND.

GODEFRIDVS GIBBVS, Lotharingæ Dux,
Occupator per vim Hollandiæ, &c.




* Conrado
Suevo, XXII
Episcopo;
Vulgo Ga-
lielmus Gelri-
ci sanguinis,
XXI Episcop.
Siet de I'oe-
steen.

Dit

Lotharingus Gibber, Ecclesie Vltrajectine Patrocinio suscepto, Gertrude Saxonica, Rober-
toq; Frisia, cum impubere Principe armis depulsis & in exilium actis, in Fiduciarium
Hollandici Comitatus possessionem mittitur, Anno clo LXXI. Tandem anno regni quarto
in miserabili cade perimitur Antverpia, Anno clo LXXVI. Succedente, per vim quoque,
* Antistite Vltrajectino: non duraturo tamen imperio.

VAN HOLLAND.

THEODERICVS V. Florentij I. Filius,
V. II. Comes Hollandiæ, &c.



Trucidato Lotharingo Gibbere, ac pœnis alieni per vim occupati imperij persolutis, An-
no D. LXXVI, legitimus Princeps Republica gubernacula suscipit, Theodericus v. annis
v. Et post diuturni exsily redia, pace cum hoste firmatâ, atque Otthilde Saxonie Ducis
iâ in uxorem ductâ, relictisq; ex ea Florentio Crasso Successore, & alijs liberis, vita de-
natus est eod. m. quo Vitricus Flander, Anno M. XCI.

FLORENTIUS II, Theoderici V. Filius,
VII. Comes Hollandiæ, &c.



Patri Belligero, in ipso atatis flore extincto, succedit filius Pacificus, Florentius II, cog- An. c10xcl
nomen Pinguis, omnibus cum animi et corporis dotibus cumulatissimè instructus. Aliter, c10
* Matrem & † uxorem ex illustrissima Saxonum Ducum prosapia, Theodericumq; VI, * Gertrudem,
successorem ex ea sortitus, administrata totis xxx annis in summo otio ac pace Repu- † Petronellâ,
blica, obiit Anno c10 cxxii, vi. Non. Mart. F 2018.07 Dit

VAN HOLLAND.

THEODERICVS VI, Florentij II, Filius,
IX. Comes Hollandiæ, &c.



Iuveni nominis pariter & virtutis heres Theodericus VI, in locum demortui Florentij II,
 timi patris optimus * filius, factus est Comes. Sophiæ, Palatini ad Rhenum si iam, uxo-
 n duxit. Præter Gelrum, Frisios rebellantes magnâ gentis illius clade, Keinhemariosq; &
 fratri reconciliatus Comitem Cudicensem, aliosq; hostes fortiter compescuit. * Anno
 1090. è vivis excessit, regni herede Florentio III, inter alios liberos relicto.

* Militia hic,
 Pacis artibus
 ille potens.
 * Florentio
 Nigro.
 * Aliter, & re-
 stius, anno
 1090.

VAN HOLLAND.

47

FLORENTIVS III, Theoderici VI. Filius,
X. Comes Hollandiæ, &c.



Theoderico VI * vita functo, filius ejus natu major Florentius III, in Comitatu suc-
r fuit. Varijs bellorum tumultibus à Frisijs alijs q₃ vicinis laceffitus, ijsq₃ feliciter com-
is, Cruce signatus in Syriam profectus est : perijsq₃ ibidem, Antiochia sepultus, * Anno
C. XC. principatus sui anno XXXV. Adam Scotam Regij sanguinis uxorem duxerat,
edidit ipse numerosam prolem. www.earlymodernlibrary.org, 2018.07

* Anno 1157
Non 1163.
* Iuxta Impe-
ratorē Barba-
rossam; cui ea-
dem Expeditio
fatalis fuit.

THEODERICVS VII, Florentij III, Filius,
XI. Comes Hollandiæ, &c.


STRENNVS;



Florentio III, rebus humanis in Palaestina exempto, surrogatur filius Theodericus VII. Anno MCXC. Hic cum fratre Gulielmo ex Oriëte reverso satis atrociter confligit. Flandros Valchria sua incubantes strennuè expulit; & Gelris subactis, Hertogenboscam Brabantiorum novum opidum expugnavit. Dordrecht Anno clo cc. III, cum præfuisset annis III, vita excessit, desideratissimus Princeps, unica ex Aleyde Clivica tantum filia relicta, Ada nomine, adolescentula nupta, & imperante ignota. 2018.07

*Jonckvrou Ada, Graef Dircks des Sevendens Dochter,
eenighe Erf-genaem van Holland, &c.*


Sommige Stellen ende tellen oock dese Princesse onder die Graven: Maer onse Auteur gaet haer int getal voorby. Den welcken wy hier volghen, ende setten op voor die XII. Graef, de Oom van Ada, ende Broeder van Graef Dirck die VII. met name Willem, die I. van die name. Lichte blijft Jonckvrou Ada after, om haer cort rijk, en cort levé. Mede, om dat sy niet gehult en is geweest. Wy hebben al evenwel haer Figure hier by gevoeght, dewijl dese Historie van haer vol is, ende de ongeluckige Princesse aldus onder d'oude Schilderijen vande Graven verthoort wert.



Sublatus crudo funere Theodericus VII, heu, quas turbas (ille ne, an Fatum?) dedit, Filia Ada, conciliante & urgente matre, sed Optimatibus invitis & multum reclamantibus, nupsit Anno 1153. illico post patris obitum, illustri viro Ludovico Comiti Loffensi. Ex quo connubio magni bellorum motus in Hollandia orti. Qui tandem post multam cadem, Ludovico ejecto, castaq; Ada Principe, vir agrè resederunt. Obijt Domicella infelix, & regni brevi, in carcere an. 1153 & 14, cum lata Middelb. in Zeeand.

**WILHELMVS I. Theoderici VII. Frater,
XII. Comes Hollandiæ, &c.**

**DAMIATI-
CVS vulgo.**



*Ada sive Ida defuncta, expulsq; provincia Ludovico Lossensi, paternam hereditatem
cepit, fratriq; & nepti successit Orientalis Frisia Comes Gulielmus, XII Comes Hollan-
e, Anno dccc. iv. Longo hinc tempore Rempublicã feliciter ubernavit, obiitq; mi- * Ottonis
iq; ac glorie vetus Anno dccc xxiii, imperij anno undevicesimo; relicto Successore Comitibus Gel-
* Adelhegde Florentio iv, alijsq; liberis. Ipse & thori socia Egmunda in cœnobio con- ria F.
mulati.*

W A N H O L L A N D .
FLORENTIVS IV, Gulielmi I, Filius,
XIII. Comes Hollandiæ, &c.



Patris sui Gulielmi I gubernationem excepit Anno M C C XXIII Florentius IV. Cui Biennio post
Mathildis, Henrici I. Ducis Brabantia filia, Gulielmum II, non successorem modo, sed Expeditionem
Regem Romanorum peperit. Peritia dimicandi in equo nulli superiorum Principum secun- in Statingos, &
lus, miserabiliter in arenâ obruncatus est à zelotypo Comite Claromontano. Atque ita anno M. C C.
Florentius florenti atate, cum annis XII præfuisset, Reinsburgi magnificis exequiis terra XXXIII. sus-
nandatus, Anno M. CC. XXXIII. antiquepatternlibrary.org 2018.07 ceptam,

VAN HOLLAND.

61

GVLIELMVS II, Flor. IV. F. XIV. Comes Hollandiæ,
IMPERATOR ROMANVS.



Anno MCCXXXIV. Gulielmus II. Florentij IV. F. sexennis Comitatum adiit. sub
tela patris sui * Ottonis. Mox ubi adoleverit, armorum quam auri studiosior, imber-
s adhuc Rex Romanorum electus, Aquisgrani à se expugnata Anno M CC XLVIII.
regnam Imperij accepit. Atrocia cum * Flandris bella gessit, eosq; fudit fugavit. Tan-
m ipse in Occidentales Frisios profectus, tumultuario incu su paludi congelata inherens
terimitur vix agnitus, v. Kal. Febr. AntiquaePatterLibrary.org 2018.07

* XXXVI. E-
piscopi Ultra-
jectini.
* Margareta
Nigra Princia
pe.

FLORENTIUS V, Gulielmi II. Cæsaris Filius,
XV. Comes Hollandiæ, &c.



Gulielmo Imperatori à Frisijs cæso succedit Anno MCC LVI. ejus ex * Elizabetha * Ottonis
Brunsvigica filius anniculus. Primò sub varijs Tutoribus, deinde ab ipsomet Florentio V. Brunsvigiæ
Republica strenuè administrata: domitiq; cū Flandris Frisij, assiduè rebellantes. Plurima Ducis F.
castella & palatia magnifico apparatu extruxit. A familiaribus facio parricidio trucidatus, cum * Regem Angliæ, socerumq; suum * Guidonem, & alios Proceres offendisset, An-
no MCC XCVI. absente ex Britannia. *W. epattem library.org* 2018. 07 * Eduardum I.
* Comitem Flandriæ.

IOANNES I. Florentij V. Fil. Guil. Cæsaris Nepos,
XVI. Comes Hollandiæ, &c.

Ejus nominis,
primus, sed ul-
timus Comitū
ex profapia
Theoderici I.



Optimo Principe Florentio V. Anno M. CC. XCVI. à parricida Velfeno interfecto, cum
hic abesset in Anglia filius ejus Ioannes I, discordia aliquamdiu in Hollandia laboratum
multuatumq; variè: nunc hoc, nunc illo provinciam sibi injustè vindicantibus. In Pa-
ris rediit, natu paulo grandior, bis rebellantes Frisios aggressus, magnis affecit cladibus,
recessit anno M. CC. XCIX. nondum exacto in administratione quadriennio, non sine
suspensione. Vidua * Elizabetha in quatuordecim annis regnavit. 201.8.07

* Harlemi.
* Regi Eduar-
di I. filia.

IOANNES II. Hanno, Adelheidis Hollandæ Fil.
XVII. Comes Hollandiæ, &c.

Comes Han-
noniæ.



Cum sine liberis Ioannes huius nominis primus, sed si pis Theodericana ultimus, fato Ioannes Aven-
cessisset, Hollandia Comitatus ad * Ioannem Hannonia Principem devolvitur, Anno nionis ex Adel-
heide Guilhel-
* CC. XCIX. Quo gubernate, veteres similtates regnandiq; avaritia recrudescunt. Qui- mi Regis so-
rore filius.
is cum se magno studio opponeret Hanno, ejeti sunt provinciâ * Flandri, alijsq; hostes
* Henrici Lux-
ofligati. Suffecto si 10 suo Gulielmo, in Hannoniam concessit; ubi anno * M. C. C. IV. mense enburgens. F.
ptemb. obyt, & Philippa eius uxor in ipsa provincia sepulta. * Al. M. CC. V.

**GVLIELMVS III. Ioannis Hannonij Filius,
XVIII. Comes Hollandiæ, &c.**

**GVLIELMVS
BONVS.**



* Anno M. CCC. IV. surrogatur in Ioannis III. locum Gulielmus filius. Hic cum esset
nitate, innocentia, & pietate insigni, BONI cognomentum meruit. Varia bella gessit, &
isios Orientales in potestatem redegit. † Philippo Valesio Galliarum Regi adversus Flan-
s auxiliarius, metatis ad Castetum castris, magna fortitudinis laude celebratus est. Duxe-
ejusdem cum Rege stirpis uxorem * Ioannam. Obijt, cum presuisset laudabiliter XXXIII
nis, anno M. CCC. XXXV. *www.valentinianepatternlibrary.org* 2018.07

* Alijs placet,
M. CCC. V.
† Anno M.
ccc. xxviii.
* Caroli Va-
lesij Fil.

DIE CHRONIKE

GVLIELMVS IV. Gulielmi Boni Filius,
XIX. Comes Hollandiæ, &c.

Improlis.



* Ducta Ioan-
na Ioannis
III. Ducis
Brab. &c. Filiâ

Gulielmus IV. Boni patris Optimus filius, serenissimo Brabantia Duci * matrimo-
sociatus, cum Hispaniarum Rege & alijs Principibus expeditionem & bella adversus Ti-
cas Saracenosq; suscepit. Redux, post duo cum Ultrajectensibus pralia, Urbem oppugnare a-
ortus, supplicibus veniam dedit. Postremò nihil prius habens quàm rebellantes Fri-
os obsequium retrahere; sed nimia cupiditate propagandi fines Imperij, incautus dimicavit.
Juxta Swartw. antiquid. p. 167. lib. 2. cap. 10. § 10. 70. c. c. XLV.

DIE CHRONIKE

MARGARETA Augusta, Ludovici I V. Imp. Vxor,
XX. Comes Hollandiæ, &c.



Gulielmo IV. apud Frisios interfecto, successit in Principatus ejus soror Margareta Augusta, Ludovici Bavari conjunx. Hæc cum aliquamdiu feliciter gubernasset, omnem administrationem in * filium suum transtulit. Sed eo brevi post repudians, & in Bavariam recedente, maximi derepentè motus coorti, * seclaq; in partes duas Hollandiæ. * Certatum cruentissimis prelijs inter matrem & filium. Obijt in Hannoveria anno M. CCC. LI. anno imperij X. Valentianis sepulta.

* Wilhelmum
ntu majoré.
* Anno M.
CCC. LI.
* Anno M.
CCC. LIII.

DIE CHRONIKE

Phreneticus
Bavarus, im-
prolis.

GVLIELMVS V. Margaretae Augusta Filius,
XXI. Comes Hollandia, &c.




Ejus uxor
Mecheldis,
Angla, Henrici
Lancastriae
Ducis Fil.
* Quesnoie in
Hannonia. Se-
pultus Valea-
nensis.

Successit Margareta Augusta filius Gulielmus, & tumultus passim excitatus in Hol-
landia compressus. Hic antea in matrem impie bellavit, & Ultrajectensium agros ferro &
igne depopulatus. Arkelium loci Antistitem in se provocavit, qui continuo ingenti exercitu
Gylandiam ingressus, oppida & arces incendit. Gulielmus exacto post matris excessum in
Principatu triennio, incidit in phrenesim, vinctusq; * in custodiam datur, anno M. CCC
LVII. *www.antiquariumberlinlibrairie.de* 120 JMB. 070. LXXVII.

ALBERTVS I. Margaretae Augustaë F. Gubernator prius,
& post XXII. Comes Hollandiæ, &c.

Albertus Ba-
varus.




Durante fratris amentia, Albertus Boius, amor & delicia generis humani, annis unde-
viginti laudabiliter præsuit; & defuncto Phrenetico, fit ipse Comes. Injuriam sibi illatam
* Delfensibus vindicaturus, oppidi muros dirui iussit, ne dcinceps rebellarent; cetera cle-
mens. In Gelriam semel, & ter in Frisios egressus, victorem semper reduxit exercitum.
Decessit Imperij anno XLVI, Anno M, CCCC. IV. Sepultus Haga-Comitis una cum
viore conjuge * Margareta, ex qua natus est.

* Anno M.
CCC. LIX.
* Polonica,
Prigæ Ducis
Fil.

DIE CHRONIKE

GVLIELMVS VI. Alberti Bavari Filius,
XXIII. Comes Hollandiæ, &c.



Anno M.
CCCC. IV.
* M. CCC.
LXXXV.
† Ioanni Ba-
varo, LXXIX.
Episcopo.
‡ Reinoldo IV.

Cum in fata concessisset Albertus Bojus, successit ei filius natus major Guilelmus, * Eques-
tris ordinis fama, & bellis sub patre gestis clarus. † Fratri Electo Leodicensi, cum Hedrotij
assiduò colluctanti, & tandem in adversarios suos moventi, exquisitissimis copijs adfuit; ita
ut hoste caeso, lauream reportarit. ‡ Gelro, postquam bis in eum eduxisset, reconciliatus, tan-
tus Duci amicus factus, quantus antea fuerat hostis. Reliquit ex Margaretâ unicam filiâ
heredem, sed multâ quâdamortem libroriam. 1712 Anno M. DCCC. XVII.

VAN HOLLAND.

121 Improlis.

IACOB A, Gulielmi V I. F. Alberti Bavari N.
XXIV. Comes Hollandiæ, &c.



I A C O B Æ
Mariti qua-
tuor.

I.
Ioannes Tu-
ronensis, Ca-
roli VI. Regis
Galliarum fi-
lius, Delphinus
Franciæ, ad-
modum ju-
venculus; cum
Iacoba esset
annorum XIV.
Obijt anno
1417. ætatis
XX.

II.
Ioannes IV.
Brabantæ
Princeps,
Antonij Ducis
filius, & ipse
pene puer,
quem repudia-
vit Iacoba
anno 1423.
Obijtque Dux
Ioannes anno
1427. ætatis
XXIV.

III.
Humfredus
Cloestriæ Co-
mes, Henrici
IV. Regis An-
glia filius; vi-
vo etiamnum
Ioanne Bra-
banto. Sed re-
pudiata est à
Cloestrio Ia-
coba.

IIII.
Franco Borfa-
lus, Zelandus
Eques, cele-
bratis nuptijs.
Anno 1433.

Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ ac Frisiæ hæres unica Iacoba, Gulielmi filia. Cuius Prin-
patu resuscitata antiquæ * Factionis nomina, mirum in modum invaluerunt. Quatuor ma-
tis connubio-fociata heu! quas turbas dedit? quot atroces dimicationes? quot urbium atque
cium everfiones? Ste ilis, & ex tot indecoris nuptijs nullâ prole susceptâ, decessit magni sed
iconsulti animi femina: & quæ aliquando thalami divortium fecerat, ab heredio paterno
divortium facere coacta est. Anno M. CCCC. XLVII. *W. van der Meer del. J. G. de Witt sculp.*

Anno M.
CCCC. XVII.

* Hoeks en
Cabellaus.

Electus Leodien-
sis.

IOANNES Alberti Bavari Filius, Iacobæ Patruus,
Princeps & Gubernator Hollandiæ, &c.



Anno M.
cccc. xvii.
Iam circiter
xxviii. an-
nis Episcopus
Leodien-
sis, in
ferie Lxxix.
* Haga sepul-
tus.

*Ioannes Bavarus, Antistes Leodien-
sis, (impar ne Heidritiorum hydra, an spe maior
Imperij?) fratre defuncto, Comitatum iure sibi debere credidit; quod is preter unicam Ia-
cobam, nullam virilis stirpis sobolem reliquisset. Vnde magnos adventus suo tota Holland
motus excitavit. Atque hinc orta bella internecina. Demum Anno M. cccc. xix. pa-
composita, mansit idem Ioannes per triennium rerum Hollandicarum Tutor. Quo temp-
ris spatio plurima domi forisq; gesta. * Obijt Anno M. cccc. xxiiv.*

DIE CHRONIKE

PHILIPPVS I. Burgundus, Belgici Imperij auctor,
XXV. Comes Hollandiæ, &c.

Cognomento
BONVS indi-
gitatus.



Anno M.
cccc xxviii.
xxxiv. xxxvi.
* Idus No-
vembriis. Æta-
tis suæ Lxxii.
* Ioannis Re-
gis Fil. quæ
tertia Philip-
pi uxor.

*Iacoba quartum nupta, nulloq; partu facta mater Philippo Burgundioni, propinquo su-
ad Hollandiam, Zelandiam, Frisiamq; & Hannoniam aditum aperuit Qui jam tum Bu-
gundia sua Artesiam Flandriam, Namurcum, Lotharingiam, Brabantiam, & Limburg
posteaq; Lutzeburgum, & alia adjecerat. Atque ita Virtute duce, comite Fo. tunâ, prim
Belgicum Imperium constituit, & ad summam inter seculi sui Principes potentiam gloriam
provehit. * obiit Bravis Fland. Anno M. cccc. lxxvii. die 10. m. * Isabella Lusitana Caro.*

CAROLVS I. Philippi Burgundionis Filius,
XXVI. Comes Hollandiæ.

AVDAX, five
BLLATOR
cognominatus



Anno M,cccc.
LXVII.
* Eburonibus
& Ludovico
XI. Regi Fran-
ciæ.
† Nonis Ia-
nuarij.
‡ Ex Elizabe-
thâ Borboniâ,
Caroli Ducis
Fil.

Carolus bellicâ indole & armorum studio AVDAX cognominatus, morte patris Philippi
plissimarum Belgicæ ditionum compos. nec sibi, nec finitimis, Gallis præcipuè, otium ullo
vite tempore indulgit; in ge endis bellis mirâ cleritate semper at que ardore usus. Bel-
m Impere ium, Gelriâ Zutphaniâq; auxit Et cum Hollandiæ ac reliquis Provincijs decem
iter annis præfuisset, ad Nanceium anno M,cccc. LXXVII. fortiter pugnans, in prælio
occubuit, annum agens ætatis XLIII. superstite † filiâ unicâ Mariâ.
S

**MARIA BVRGVNDA, Caroli Audacis Filia,
Comes Hollandiæ XXVII.**



Maria Carolesia patri crudeli fato erepto, in Comitatu Hollandia, Zelandiaque & Frisia Dominio, ceterisque heredys succedit, anno 1577. Dein Maximiliano Cas. Fr. filio nupta, peperit Philippum Haredē, Margaretam Carolo VIII. Galliar. R. desponsatam, & Johanni Arragonum Principi nuptam, factusque duos masculos in juventute extinctos: exinde gravida infelici ex equo casu, afflicta, acerbo funere, in ipso juventutis flore, extinguitur an. 1482. sepulta Brugis.

MAXI-


MAXIMILIANVS AVSTRIACVS,
Comes Hollandiæ XXVIII.



Maximilianus Austriacus, ducta Maria uniti Belgii Herede unica, Comes XXVIIJ.
post dilectæ conjugis interitum, Filippi filii pupillæ tutorem agens, atque ex ordine, re-
gali imperialique diademate insignitus, postque extinctum filium, nepotum Caroli ac
Ferdinandi tutelam suscipiens, ipse annorum LIX fato cessit, oeniponti, anno 1519.
sepultus Neostadii post multa domi forisque pro imperii dignitate præclare gesta.
www.antiquaryepatternlibrary.org 2018.07

kozte

PHILIPPVS AVSTRIACVS,
Ejus nominis Secundus, Comes Hollandiæ XXIX.



Filippus ejus nominis secundus Mariae Matri succedit Comes XXVIII. an. 1482.
animi & corporis dotes, formosus dictus, ex Iohanna Arragonum regis filia, Caroli ac
ardianandi imperatorum, Leonora, Elisabetha, Maria reginarum & Catharina ducissa
ter, atque ipse rex Castella omniumque paternarum, socerique ditiorum indubitatus
eres, fato cessit annum agens vigesimum nonum, anno 1506. heu! longiore vita
gnissimus princeps: corpus sepultum juxta Burgos Hispania; cor translatum Brugas.
onumento Matræ. www.epatternlibrary.org 2018.07 Philip-

CAROLVS V. CÆSAR, ejus nominis secundus.
Comes Hollandiæ XXX.



Carolus Phil. F. Maxim. N. Comes Hollandia, Zelandiaque XXX. ejus nominis
XI. in serie Imperatorum V. & Maximus, quem cum se regnis abdicaret, de gestis
suis non vane predicantem audivimus, se à 17^{mo} atatis anno ad eam usque diem
peregisse expeditiones profectioesque IX. in Germ. VI. in Hisp. VII. in Ital. IV.
in Gall. X. in Belg. II. in Angl. totidem in Afric. mari XI. remenso, bella, paces,
foedera, victorias: atque hac magnifice magis quam superbe: obiit justissimus Impe-
tor in S. Justi Monast. Granatensi AD MDCXVI. cum vixisset A. 68. M. 6. D. 27.

Keyser.

PHILIPPVS TERTIVS, Hollandiæ Comes XXXI.
Hispaniarum Monarcha.



Philippus successit Maximo & glorioso Patri cujus indulgentia & benignitate Anno
1555. Belgicarum Provinciarum, ut Heres, ita Comes factus; in comitatu Hollandiæ &
Zelandiæ III. & ultimus, ab Ordinibus fœderatis abdicatus A^o. 1581: qui post va-
rios bellorum eventus, variis fortuna procellis iactatus, ipse post quatuor uxores quarum
ultima Anna Austriaca ei Philippum F. heredem unicum masculinum reliquit, diem clau-
sit extremum in Escuriali D. Laurentij, die 3. Sept. A^o. 1598. ibidemque sepultus:
cum implevisset A^o. 41. M. 4. D. 11. *www.antiqdepatterncolibrary.org* 2018.07 Philip-